Carta de Su Santidad Pío Nono á S. M. la Reina Madre D.ª María Cristina de Borbon.

1848.

1848.

Carta de Su Santidad
Pío Nono
á S. M. la Reyna Madre
D.ª María Cristina de Borbon.

Carissimae in Christo Filiae Nostrae
Mariae Christinae
Hispaniarum Reginae Catholicae Viduae

Pius P.P. IX.

Carissima in Christo Filia Nostra Salutem et Apostolicam Benedictionem. Has Regiae Majestati Tuae Litteras reddet Venerabilis Frater Joannes Archiepiscopus Thessalonicensis, qui, veluti probe noscis, a Nobis istuc ad sanctissimae nostrae religionis res componendas missus, ac per annum et amplius Madriti commorans, nunc Pontificias Nostras exhibuit Litteras, ut penes Carissimam natura Tuam, Nostram in Christo Filiam Mariam Elisabeth Hispaniarum Reginam Catholicam Ordinarii Nostri, et hujus Apostolicae Sedis Nuntii munere fungatur. Quod quidem magnae animo Nostro consolationi fuit, propterea quod ita, quemadmodum summopere optabamus, pristinas relationes notissimis rerum, ac temporum vicibus diu intermissas iterum reviviscere, ac vigere conspicimus inter hanc S. Sedem, et eamdem inclytam Reginam, Hispanorumque nationem, quae tot sane nominibus illustris, catholicae religioni firmiter adhaerere tantopere gloriatur. Itaque a Te petimus, Carissima in Christo Filia Nostra ut Ipsum Venerabilem Fratrem ingenio virtute, integritate, prudentia doctrina spectatum ad Te adeuntem, ac paternos Nostros in Te sensus explicantem benigne accipere eumque omni Tua ope juvare, et fovere velis, quo muneris sui partes ad majorem catholicae rei utilitatem implere valeat. Plane non dubitamus, quin pro tua pietate religione ac singulari filiali erga Nos devotione, qua Te vehementer animatam esse ab ipso Venerabili Fratre iterum nuper accepimus, hisce Nostris desideriis quam libentissime obsecundare studeas. Interim vero Deo Optimo Maximo humiliter supplicamus ut Tibi, Carissima in Christo Filia Nostra omnia prospera et salutaria largiatur. Atque superni hujus praesidii

Biblioteca Regional de Madrid

auspicem, et praecipuae Nostrae in Te caritatis pignus Apostolicam Benedictionem Regiae Majestati Suae amantissime impertimur.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem die 3. Augusti Anno 1848.

Pontificatus Nostri Anno Tertio

Pius PP. IX.

Biblioteca Regional de Madrid

Santísimo Padre: Difícil me será expresar á
Vuestra Beatitud todo el gozo que me causó la
carta que tuvo á bien escribirme el 3 del mes
último que me fué entregada por el Reverendo
Arzobispo de Tesalónica, y en la cuál me le reco-
mendaba para que emplease en su favor mis bue
nos oficios con mi amada hija la Reina Isabel.
Nada pudiera ser para mí mas lisongero que
este encargo; pero como las virtudes y relevantes
prendas personales de Vuestro Nuncio apostólico
por sí solas le recomiendan, mi Augusta Hija se
apresuró á darle la mas favorable acogida y
cual correspondía al digno representante del Sumo
Pontífice Romano. Por mi parte prometo gustosa
á Vuestra Beatitud hacer cuanto de mí dependa
cerca de mi Hija para facilitar á tan Ilustre
Prelado el desempeño de su importante Misión;
de la cual, espero en Dios, han de resultar
tantos frutos y tantos bienes para estos Reinos
católicos, para la Iglesia y todos los fieles. Grande
era mi anhelo de ver restablecidas las íntimas
antiguas relaciones entre la Santa Sede y la España,
y no menor ha sido el consuelo que experimentó
mi Alma, mi Familia, y los españoles todos el día
feliz que se cumplieron nuestros deseos. No podía

ser de otra manera en este país esencialmente amante de su Religión y que tanto aguarda así como su Reina de la benignidad y protección de Vuestra Beatitud. Así le pido su bendición apostólica y ruego al Todo-poderoso conserve su preciosa vida dilatados años, y no dude jamás de la constante adhesión con que soy

Beatísimo Padre,

De Vuestra Santidad,

Madrid 10 de Setiembre de 1828.

La muy humilde y muy devota hija,

María Cristina.

Biblioteca Regional de Madrid

Señora

Dignese V. M. firmar en la contestacion de la carta del Santo Padre

María Cristina.

Biblioteca Regional de Madrid